

Petrus de Vinea

*Ep. V 3 (Te redargutionis
et culpae non uidimus...)*

Basilicata University Press

—

Digital Humanities

Edizioni e data-bases digitali
sotto la direzione di Fulvio Delle Donne

Petrus de Vinea

*Ep. V 3 (Te redargutionis
et culpae non uidimus...)*

1252-1254

Iustitiario Regni, ut procedat contra homicidas.

1. Te redargutionis et culpae non uidimus nota carentem, dum contra... et ..., qui homicidium sub umbra nostri nominis commisisse dicuntur, tam lente, tam segniter audiuius processisse. 2. Sequitur etenim, quod, dum maleficiorum excessus huiusmodi iusto presidis rigore non stringitur, uitiosa sibi iam penae remissio nutritiua sit criminum, et facinorosis ex hoc crescat audacia, cum liber quodam modo transitus uiolentiae prebeatur.